Oratio.

MAJESTATEM tuam Dómine supplíciter exorámus : ut, sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxstitit prædicátor et rector † ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor : Per.

PER OCTAVAM S. ANDREÆ APOSTOLI.

Ad Memoriam Ant. viij. toni.



BE-ATUS André-as orábat, dicens :



Dó-mine Rex ætérnæ glóri- æ, súscipe me

pendéntem in pa- tíbulo.

℣. Diléxit Andréam Dóminus. ℟. In odórem suavitátis.

Oratio. Majestátem.

DIE II. DECEMBRIS.

IN OCTAVA S. CATHARINÆ VIRG. ET MART.

SIMPLEX.

Omnia ut in Festo, servato modo diei Octavæ Simplicis.

EADEM DIE.

S. BIBIANÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

SIMPLEX.

Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta Bibiána Virgo et Martyr implóret : quæ tibi grata semper éxstitit † et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per.